



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CVIII. König Ludwig bestätigt der Stadt Stendal den Besitz des Zolles, am
18. October 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

dali per se et suos successores, veluti jam prelibatum est, in perpetuo possidendum. Pro qua siquidem collatione rite per nos facta, Consules ejusdem civitatis nobis XXVI. Marcas argenti Brandenburgensis et ponderis dederunt in parato. Ne igitur quisquam in posterum ausu temerario presumat huic collationi obuiare, presentem literam dedimus sigillorum nostrorum appensione firmiter roboratam in sufficiens testimonium. Actum et Datum Tangermundis, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, feria sexta infra Octavas Pasche. Nihilominus adhibitis testibus Conrado de Osterborch, Heyfone de Vrfleue, nostris militibus, Friderico de Vincelberge, nostro Marschalco, Henrico de Buech, armigeris, Dominis Roger et Henrico Man, nostre curie Capellanis, et quibusdam nostris comburgensibus in Stendal videlicet Jacobo de Sludan, Rudolpho de Bismarke, Joanne de Arneborch, qui placitauerunt ex parte dicte civitatis et presentibus cum aliis quam plurimis fide dignis.

Gercken's Verm. Abh. III, 185. 186.

CVIII. König Ludwig bestätigt der Stadt Stendal den Besitz des Hofes,
am 18. October 1325.

Nos Ludovicus, Dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, recognoscimus publice per presentes, quod quia prudentes Viri Cives de Stendal fideles nostri dilecti, Thelonium ejusdem Civitatis Stendal ab Illustribus quondam Marchionibus Brandenburgensibus pro sua pecunia emerunt, sic quod iidem Cives predictum Thelonium omni jure, quo alias suas proprietates tenent et possident, tenere debent et ut eorum proprium in perpetuum possidere; Nos eorundem Civium fidelitatis Constanciam attendentes ipsis predictum Thelonium omni modo et forma, sicut ipsi hoc comparaverunt, presentibus duximus applicandum. In Cujus rei testimonium presentes ipsis dedimus Majestatis nostre Regie Sigilli munimine roboratas. Datum in Nurenberch, feria Sexta proxima post festum beati Galli, Anno Domini Millesimo Trecentesimo vicefimo quinto, Regni vero nostri Anno undecimo.

Nach Beckmann's Beschreib. a. a. D., Sp. 154. — Lenz Br. Urk. S. 226.

CIX. Bischof Albert von Halberstadt gestattet dem Rathe zu Stendal den Abbruch der Kirche,
welche zu Neuwinkel vorhanden gewesen, am 29. März 1327.

Nos Albertus, Dei gracia Halberstadensis ecclesie episcopus, coram universis Christi fidelibus hujus litere tenorem auditis recognoscimus protestantes, quod cum consensu plebani in Arnem et patronorum nostram plenariam voluntatem et posse dedimus atque damus per presentes providis et honestis viris consulibus civitatis Stendal destruendi ecclesiam in Neu-